



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

17. S. Paschalis Baylon

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

III.

**F**illi! quis nostrūm habitabit cum ardoribus? quis non contremiscat ad purgatorii incendia? O felices SS. Scapularis Cultores! His suam quoque inter flamas promisit Maria consolacionem, & assistentiam per B. Simeonem. O quot non sacro Scapulari debemus oscula! Quot gratias familiæ Carmelitanæ!

*Instructio meritoria.*

Pro incremento Archi-fraternitatis tam antiquæ quam pretiosæ hodiernæ totius diei opera offeramus cum Cursu Mariano. Flumina imitemur. Reddamus mari, quod à mari accepimus.

Festum S. Paschalis Baylon ex

Ord. S. P. Francisci.

**EXHORTATIUNCULA I.**

**D**ilecte! Quis exprimet in S. Paschali puritatem, humilitatem, fervorem, Deique & proximi amorem? Unde coepit in sua innocentia, ita continuavit, mortuus quam gloriosissime. Non initia sunt Christianorum, sed finis, &

con-



consummatio. Si benè cœpimus : ut  
quid opus maculamus inconstantia ?  
Et hæc o quām turpia in Dei famulo !

*Instructio meritoria.*

Donum constantiae in bono desursum  
est ! ut cœlum largiatur , hodiernum sa-  
crum cum SS. Rosario offeramus , sæ-  
pius ingemiscendo per diem : Domine !  
qui dedisti velle , da & perficere !

II.

**F**illi ! sumus & nos , qui se profiten-  
tur Cultores Mariæ. Erimus , si  
cum S. Paschali ad pronuntiationem Ma-  
riani Nominis frequenter capita religio-  
sè inclinemus , & Mariæ transeuntes  
imaginem piè subsistamus , & factâ me-  
diâ genuflexione Matrem Gratiæ salute-  
mus. Monstremus nos filios ! & mon-  
strabit , se esse Matrem , Maria.

*Instructio meritoria.*

Affumamus præfatam praxin , & , ut  
Mariæ ubique in SS. imaginibus debitus  
impendatur honor cum reverentia ,  
quinque Psalms Nomen Mariæ expri-  
mentes flexis genibûs recitemus , cum  
desi-

354 XVII. Maji. S. Paschalis Baylon.

desiderio : Dignare me cum S. Pascha-  
le , laudare te Virgo sacrata !

III.

**C**Hare ! Quæ est via in Domino mo-  
rientium ? En ! anima S. Paschali  
visa est igneō curru rapi in cœlum. So-  
ciemus nos Seraphinis in fervore pro  
Deo , & Maria , atque proximo ; & mon-  
strabitur semita solis amantibus strata.  
Huc ! Huc ergò desideria nostra ! Pra-  
cessit S. Paschalis cum mille aliis ! Sequ-  
mur ! quibus non minùs assequendi pro-  
missio per Dei gratiam facta.

*Instructio meritoria.*

Viri Religionum ut vivant ut arden-  
tes Seraphini , *Lytanias de omnibus San-  
ctis* persolvamus , interponendo specia-  
liter Nomen S. Paschalis. In fine adda-  
mus Rythmum amoris : *O Deus ! Eg-  
amo te ! Non alis , sed igne , & flammis*  
*dignoscitur Seraphim.*

Fe

